



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. L. Neapolitana quindenniorum. De quindenniis, quæ domino directo  
debentur pro re emphyteutica per manum mortuam, An debeantur ubi ab  
initio, directè, & immediatè concessio facta est ipsi manui ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

professoribus magis qualificaris, ut plurimum constitutam, unde in discursu habito, an petitis effet annuendum, varia fuerunt vota. Jurisconsultorum in ea interventionium; Ego enim & aliqui eramus in sensu, quatenus pertinet ad laudemium, illud deberi, quia licet *Amadeus de Ponte de Landem.* quæst. 31. & *Franch.* decisi. 447. sentire videantur, illud esse solvendum ab hærede extraneo, qui alias ab intestato non fuisset in bonis emphyteuticis successurus, quod etiam tenent *Costa de portionera-* 2 *ta* quæst. 112. num. 15. cum seqq. & *Gratian.* discept. 377. num. 3. cum seqq.

Nihilominus contraria opinio quam tenent *Bald.* in 1 sup. n. 10. & *Salicet.* ibidem num. 11. *Io. de Anania* conf. 90. num. i. *Manic.* de tacit. lib. 22. tit. 35. num. 4. *Cephal.* conf. 699. num. 29. & 30. *Anna alleg.* 106. numer. 5. *Sola ad Constitutiones Subaudia de ja-* re *emphyt.* glo. 1. num. 19. & 20. *Rota.* dec. 152. num. fin. par. 2. rec. videbatur magis vera & rationabilis, ex ea viva ratione, quod laudemium solvendum non est nisi per eos, qui indigent domini assensu, ut in emphyteutas recognoscantur, qualis consensus non exigitur in personis in inventitura comprehensis, cum illum habeant generalem ab initio. Et ideo cum in emphyteusi hæreditaria concessio pro hæredibus quibuscumque, hæres universalis dicatur comprehensus, non videtur, ubinam fundata sit haec differentia inter hæredem ab intestato & testamen- tarij.

Et quamvis pro dictæ differentiæ ratione assignari valeat illa verisimilis voluntatis concedentis, quod scilicet cogitaverit solum de legitimis hæredibus, quos ita generaliter sibi cognitos & dilectos declaravit, non autem de prorsus extraneis ex testamento vocatis; Replicabam tamen, quod cum ageretur de concessione habente grayem responsum correspondente fructibus, unde dici non potest merum beneficium, seu mera gratia concedentis, cuius sola voluntas spectanda sit, sed potius actus correspondivus, idcirco non unius tantum, sed utriusque contrahentis voluntas est attendenda ad text. in l. inter stipulantem §. 1. ff. de verb. obl. DD. de quibus *Manic.* de tacit. lib. 1. tit. 4. Altograd. conf. 13. num. 15. & seq. lib. 2. *Rota in Ro-* manæ augmenti doto 9. Iunii 1659. coram Bevilaguæ.

Et consequenter potius dicendum est, verisimillem voluntatem acquirentis, stipulando pro hæredibus quibuscumque fuisse acquirendi omnimo- dam disponendi libertatem absque alio onere, atque præsumptio est, potius ad testamenterios ut-potè magis dilectos, & ejus voluntatem expressam habentes, quan ad intestatos habentes solum volunta- præsumptam cogitasse, cum sepius signo- ti vel abhorriti intestatas successiones habere so- leant.

Aliis vero, ex præmissis auctoritatibus placebat contraria opinio, ita ut nulla capi potuerit resolu- tio. Quare concordatum fuit audiri sensum cuiusdam Auditoris Rotæ, qui forsitan communicato puncto in Tribunal, ut est stylus, respondit, se aliquam habere difficultatem, atque punctum vi- deri dubium, unde suaist concordiam ex meo eti- iam voto sequitam, non quod difficultas videretur considerabilis, sed quia agebatur de remodica, ob quam cum tanto Cardinali non expediebat Confraternitati item suscipere, sed potius ita ejus benevolentiam captare, cum haec sit basis Ecclesiastum, & piorum locorum, unde propter eam semper increpare soleo Ecclesiastum & piorum locorum admini- stratores, quod freti privilegiis, in jure Ecclesiæ

& pia causa tributis cum nimio zelo rigorosam il- lorum observanciam exigant, cum Ecclesia potius quam privatus, humaniorem, ac benigniorem partem contra seipsum, ex meo sensu sequi debeat, pro obtinenda laicorum benevolentia, à qua omne temporale, quod possidet, agnoscere debet.

Quoverò ad alium punctum quindenniorum, pariter vota dissontia fuerunt, Aliqui enim credebat minus illa deberi, neque dominum compellere posse pium locum ad rem dimittendam extra manum mortuam, eò quia Confraternitas esset laicalis, ac etiam stante quod ageretur de emphyteusi perpetua, & hæreditaria transitoria in quo- cumque ex deducatis per Gregor. & adden. dec. 520, *Gratian.* discept. 481. num. 6. & 66. *Buratt.* det. 394. num. 5. *Hodier.* vel *Surd.* det. 33. numer. 18. cum seqq. Sed major pars, cum qua ego in hoc puncto concurram, tenuit contrarium, quia idem *Gratianus* testatur de facto id non servari, idemque tenet *Fulgin.* de success. quæst. 14. numer. 8. & iii. de alienat. quæst. 1. num. 214. prout de facto ita servatur.

Opinionem autem contrariam, dicebam intelligendam esse ad effectum, ut dominus pati debeat rei permanentiam penes Ecclesiam, seu manum mortuam, quindenniorum oblatione contentus, & ne possit præcisè cogere ad dimittendum; Atque in hoc dicebam versari differentiam inter emphyteusum perpetuum hæreditariam, & alteram pro solis hæredibus sanguinis, seu ad certas generationes concessam, ut isto secundo casu, simpliciter & indefinite Ecclesia vel manus mortua sit incapax successionis, quia non solum obstat desperatio laude-riorum, sed etiam desperatio devolutionis ob li- neam finitam, dum Ecclesia nunquam moritur, cui secundo præjudicio cum quindenniis non consulitur, secus autem in prima species in qua licet detur etiam casus devolutionis, quando cessantibus omnibus legitimis successoribus hæreditas defertur ad fiscum, nihilominus videtur præjudicium satis leve & remotum tanquam in casu nimis raro, ideoque non habendum in consideratione, atque manus mortua offerens laudemia admitti debet ad continuandam retentionem bonorum, sed sine quindenniis remanet præjudicium clarum, etiam in emphyteusi hæreditaria, ob cessantem spem laudemiorum, dum Ecclesia & pia loca ex legali prohibitio- ne nunquam alienant, & ita sequuntur fuit.

## NEAPOLITANA

### QVINDENNIORVM

P R O

MONASTERIO S. GAUDIOSI

C U M

M O N A S T E R I O  
S. AGNELLI NEAPOLIS.

*Casus disputatus in Reta, & non resolutus,*  
*deinde concordatus.*

De quindenniis, quæ domino directo deben- tur pro re emphyteutica per manum mor- tuam, An debeatur ubi ab initio, directe, & immediate concessio facta est ipsi manui mor-

mortuae absque ejus conventione, seu reservatione, Et quomodo illa regulanda sint circa tempus, in quo præstari debeat.

## SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 De introductione quidenniorum in materia emphytentica, & ratione introductionis.
- 3 Per hanc introductionem temperatus est rigor juris prohibendi transitum bonorum emphytentiorum ad manus mortuas.
- 4 Quod haec introductione sit æqua & rationabilis.
- 5 Sed quod non habeat locum ubi concessio ab initio directe facta est Ecclesia & manus mortua.
- 6 Concedens inhabili seu incapacem fatur ita cum eo dispensare.
- 7 Quindennia de jure incognita, ideo strictè & rigorose in eis procedendum,
- 8 De ratione differentia inter materiam beneficialem & emphytentiam.
- 9 An in quindenniis emphytentiorum circa tempus procedendum sit cum eisdem terminis beneficiali bus.

## DISC. L.

**V**sque ab anno 1581. Monasterium Monialium S. Gaudiosi Neapolis concessit in emphyteusis perpetuam quædam bona Monasterio S. Agnelli Canonorum Regularium ejusdem Civitatis, sub anno canone, de anno 1599. ex transactione adacto, ob devolutionem intentatam ob canones non solutos. Cumque à dicto tempore, usque ad annum 1646. aliud motivatum non esset circa quindennia, super istis de hoc anno Monasterium dominus directus item introduxit coram Nuncio Apostolico, à quo sententiam favorablem reportavit, & introducta per appellationem causa in Rota coram Abergato, illaque proposita sub die 18. Maii 1646. ob articuli novitatem, dilata fuit resolutio, ac dictum, quod per omnes Dominos videretur, unde hec Rotæ ambiguitas utriusque parti æqualem intulit timorem qui, confulentibus etiam utriusque respectivè defensoribus, causavit concordiam, qua controvergia finem dedit.

In hac igitur disputatione, scribentes pro Monasterio emphyteuta reo conuento, non controvrebant veritatem conclusionis in genere, super qua ego & cæteri pro Monasterio domino directo actorum fundamentum constituebamus, quod scilicet domino directo non prohibente permanentiam bonorum penes manum mortuam, ut de jure prohibere posset, illi debeantur quindennia, ita nuncupata, ac etiam in hac emphytentia materia introducta ad instar illorum quindenniorum, quæ Cancellaria Apostolica solvuntur pro Beneficiis vel Monasteriis alicui Collegio, vel alteri manui mortuæ perpetuò unitis, in recompensam annatarum, aliorumque emolumentorum, quæ Annatistis ac officialibus Cancellariæ alias debita essent in casu vacationum & provisionum respectivè, quatenus unio facta non esset, tanquam ex identitate rationis, in recompensam scilicet laudemiorum à domino directo percipiendorum in casu alienationis, seu etiam juxta unam opinionem, transitus ad extraneos hæredes, juxta decisiones in Neapolitana landemii Card. de Luca de Emphyteusi Pars II.

10. Decembris 1639. & 23. Febr. 1640. coram Cerro, & 14. Decembris eiusdem anni 1640. coram Coccino, quarum duæ priores impressæ sunt apud Marin. resol. quotid. 235. num. 19 & 22. Tertia vero est impressa par. 9. rec. decis. 494. ubi etiam est repetita secunda decisio in ordine 474. Et ex qua introduktione moderno tempore temperatus est dictus antiquus rigor legalis prohibendi permanentiam hujusmodi bonorum penes manum mortuam, quoties cessat pactum speciale, ac agitur de emphyteuti hæreditaria ad quoscumque transitoria, ut in Placentina disc. 28, ac etiam disc. præced. & in aliis hoc tit. plures.

Dicebant tamen, & meo iudicio satis probabiliiter (unde cum motivum me torqueret, omnino actori contului concordiam,) id recte procedere, quando ageretur de concessione ab initio facta persona privatæ, à qua præter domini intentionem, ad manum mortuam ex successione vel alio casu bona transferint, ob duplē rationem tunc militantem, ob quam præsertim dicta decis. 494. par. 9. rec. num. 12. firmatur hujusmodi quindenniorum introductionem æquam ac rationabilem esse. Unam scilicet, quod dominus directus concedendo bona personæ privatæ, verisimiliter cogitare ac sperare potuit, ultrà ordinarium emolumenntum canonum, aliud extraordinarium emolumenntum laudemiorum in casu alienationis vel alterius transitus ad extraneos, quod dici non potest, ubi ab initio, directe & immediatè concessio fit Ecclesia seu Ecclesiastico loco, in quo non datur casus successionis, neque regulariter ille alienationis ob istius prohibitionem per sacros canones, & Apostolicas Constitutiones, ut pondereatur in dictis decisionibus præsertim dicta decis. 494.

Et alteram, quod quando bona casualiter, ac præter concedentis intentionem à manu privata ad mortuam seu Ecclesiasticam transirent, dominus de jure ob dictum præjudicium potest id prohibere, & cogere ad ponendum intrâ annum extra manum mortuam, ut in dicta Placentina, in Mediolanen. & frequenter in aliis hot tit. & in eisdem decisionibus supra allegatis, ideoque si id permittit ex quadam æquitate, ista exercenda non est cum ejusdem dominii ita æque agentis præjudicio, ut in allegatis decisionibus ponderatur, qua ratio pariter cessat, ubi concessio facta est directe & immediatè ipsi manu mortuæ, quoniam sine dubio concedens prohibere non potest, nè possideat ille, cui ipse concessit, quia scienter concedens aliquid personæ inhabili, seu incapaci, ita per actum occultum dispensationis, cum eo dispensare dicitur, illumque habilem & capacem reddere, quoties id penderet ab ejus potestate, quia nempe in privatibus incapacitas solum ejus interesse percutiat, ex deductis per Gregorium & adden. decis. 109. numero 8. 9 & 13. ubi de materia cum declarationibus. Fortius vero præmissa procedere observabam, quoniam cum istud quindenniorum onus in jure ignorantum sit, idcirco strictè & rigorose in eo procedendum esse firmatur in specie apud Seraph. decis. 1410.

Et quamvis ego scribens tanquam Advocatus pro evitando objecto, quod ut dictum est, satis me torquebat, præter genium & stylum, insisterem in solo usu pragmatico moderno tempore magis frequenti & placito, quod scilicet dum per dictas decisiones, quæ sunt hujus materiæ magistræ, æquiparantur termini beneficiales, ac emphyteu-

phyteutici, atque firmatur hujusmodi quindennia emphyteutica deberi ad instar illorum, quae in Cancelleria solvuntur pro Beneficiis unitis, idcirco consideratio admittenda non erat, quoniam beneficia non transirent casualiter, & præter Papæ intentionem a persona privata ad manum mortuam, sed directe & immediate, eodem modo quo præfens concessio facta erat, & consequenter idem dicendum, veniret ex regula equiparatorum, quorum idem debet esse judicium ex collectis per Barbus axiom. 14. unde transcribendo solent scribentium informationes allegationibus repleri.

Nihilominus responso mihi non placebat ex diversa pariter ratione, quoniam in Beneficiis, concessio seu unio, non sit per ipsos Annales & Officiales, dum sit per Papam, ipsis insatis, sed quia illi habent officia titulo oneroso, omnisque ratio exigit, ut gratis Principi non debeat esse terro præjudicialis, cique tollere ius ex causa onerosa competens, idcirco de ejusdem Papæ consensu ita implicito, cum Dataria seu Cancelleria dicatur ejus organum, id introducum est pro dictorum officialium relevatione, & indemnitate; Quæ ratio adaptabilis non est ad hanc facta speciem, dum concessio manu mortua facta est per ipsummet dominum, qui hoc præjudicium prævidere debuit, & potuit; A etiam quia verisimile est, ut ejus tanquam jam prævisi ratione, concessio facta sit pro aliquo majori canone, quam facta esset privato, à quo dictum alud emolumenitum sperari potuisset.

Unde propterea, reflectendo ad veritatem, mihi videbatur probabilitatem alteri parti magis aspicer, potissime verò stante subsequente observantia, quæ juxta recentissimam propositionem in foro quotidianam, dicitur optima interpres, ne dum voluntatis morientium, sed etiam contrahentium, aut alias quomodolibet disponentium. Ideoque considerabam dictam Cancelleria Apostolica consuetudinem, suisse quidem originem, seu causam introductionis hujus alterius consuetudinis in materia emphyteutica, sed discretivè, & ut uenit vel alterius subjectæ materia qualitas exigit, non autem ut rigorose intrare debeat regula comparitorum, seu subrogatorum, &c.

Hinc etiam, occasione hujus disputationis, ponderabam errorum pro meo iudicio videri istud quindennium emphyteuticum regulare cum altero beneficii de 15. in 15. annos, ibi enim cum beneficia conferantur ad vitam unius personæ, quam non egrediuntur, idcirco rationabiliter, capiendo quamdam medianam viam uniformem regulatam à dispositione, vel ratione textus in l. hereditatum ff. ad legem falcidiām, dictus terminus præscriptus est, quæ ratio bene militaret in hac materia emphyteutica, quando, vel ex consuetudine, vel ex lege investitura, quilibet successor teneretur petere renovationem, atque pro ea laudemium seu aliud emolumenitum solvere, prout dispositum est in feudi, in quibus loco dicta renovationis successit relevium ex deductis in Campanien. relevii sub tit. defendis de c. 28. sed ista circumstantia cessante, talis comparatio non bene intrat, quoniam succeditibus hereditibus sanguinis, nullum laudemium solendum est, atque adhuc est sub questione, an solvi debeat per heredem extraneum, utpote in investitura emphyteutis merè hereditaria comprehensum, ex iis, quæ habentur disc. præced. unde spes laudemiorum restringitur ad solum casum alienationis, vel summum ad alterum prædictum successionis extraneorum; Igitur incongruum est

istum casum regulare cum dicta alia regula fundata in sola vita unius personæ, sed potius omnino placent ponderata per Fontanell de pact. claus. 4. gl. 12. num. 23. ut scilicet pro singulorum casuum & bonorum qualitate ac circumstantiis id prudentis Judicis arbitrio singulis jo. vel sc. annis, ac plus & minus respective decidendum sit.

## ROMANA PRÆLATIONIS.

PRO

CATHARINA TESTONĀ.

CVM

MARCHIONE PALUTIO.

*Casus disputatus in Rota incertus est ex iis, forsan se-  
pus per concordiam.*

Prælatio competens Demino directo an procedat in venditione sub hasta facta ad instantiam ejusdem Domini; Et de termino duorum mensium quomodo currat.

S U M M A R I U M

- 1 F Acti series.
- 2 F Ans prælationis competit in venditione sub hasta.
- 3 Ubi etiam retractus vel prælatio in dicta venditione nec competet, adhuc cessat, ubi sub hasta sit ad instantiam ipsius cui retractus competit.
- 4 Prælatio non competet Domino in attestatione facta inter comprehensos in investitura.
- 5 Quando incipiat currere terminus duorum mensium Domino concessus ad prælationem.

D I S C. LI.

 Archio Palutius, creditor pro canonicis decursis in summa scut. ferè 500. debitum per Vallettam pro vinea de ejus directo dominio, mandatum executivum obtinum, exqui & consumari curavit super eadem vinea, subhastata, & Testona vel ejus auctori liberata, quibus sequutis, prælatione Domino competenti in vim l. fin. C. de jur. emphy. intentavit, atque ab A. C. obtinuit introductaque per appellationem causa in Rota coram Verojpio; Pro Testona scribens dicebam, quod licet clara sit dispositio text. in d. l. fin. super prælatione Domino directo competente & de qua Capit. & adden. de c. 99. Gibr. dec. 52. numer. 1. Capit. latr. dec. 46. num. 15. cum seqq. qui alios cumulant.

Omissaque inspectione, an retractus ex jure communis vel municipalis alicui competens, procedat in venditione, quæ Judicis auctoritate & sub hasta sequatur, in qua negativam in puncto juris vetriorem firmant Specul. in tit. de rescin. vendit. §. nunc videndum numer. 20. Roman. cons. 107. Grati. altos congerens discept. 544. num. 46. & seqq. Schrader defend. par. 8. cap. 7. num. 34. Apont. de po-testate Proreg. tit. de divers. provis. §. 1. num. 11. & dec. 11. Capit. latr. consult. 27. n. ult. & consult. 96. n. 34. ac etiam deducitum est sub tit. de servitutibus ad mate-

riam